


Discursus Studenticus ...


[3] : Viro ... Francisco Alberto Aepino, S.S. Theol. & Philos. Doctori ... Anno MDCCXXX. Undecimo Calendas Maji Academiae Varniacae Fasces Academicas ... Discursus De Joanne Clerico, In Variis Paradoxis Opinionibus Sozinizante Ut ... insinuabatur A Choro Pomeranum insimul Eyphmian Meletntn

Rostochii: Adler, 1733

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828611882>

Band (Druck) Freier  Zugang






MK-7973^a.



262

Fr. Bachmann



15 Briefen

1732-75

Wol micrum

U. - Bibe. hat unsern Teil!

VIRO MAGNIFICO,
MAXIMEQUE REVERENDO,
DOMINO,
DN. FRANCISCO
ALBERTO ÆPINO,

S. S. Theol. & Philos. Doctori undiquaque Ce-
lebratissimo, hujusque Professori Ducali Ordina-
rio longe Dignissimo quarta jam vice,

ANNO MDCCXXXIII. UNDECIMO CALENDAS MAJI

ACADEMIÆ VARNIACÆ,
FASCES ACADEMICAS
FELICISSIMO CAPESENTI AUSPICIO,
DISCURSUS

DE

JOANNE CLERICO,

IN

VARIIS PARADOXIS OPINIONIBUS
SOZINIZANTE,

Ut

τεκμήριον ταπεινοφροσύνης
insinuabatur

A

CHORO

POMERANORUM

infimul

Επιτημίαν Μελετώντων.

ROSTOCHII,

Typis IO. IAC. ADLERI, SER. PRINC. & ACAD. Typographi.





§. I.

DE JOANNE CLERICO, viro cetera doctissimo, Hollandiæ quasi Phosphoro, ast ad novaturiendum maxime inclinante atque præcipite, pauca quædam extemporanea ex pietatis atque amoris vinculo TIBI VIR MAGNIFICE SCEPTRA ACADEMICA sollemnissimis ritibus capessenti, sacrare nostro induximus animo, Dum autem τὸ JOANNES præfigitur titulo hujus pagellæ, unicuique jam per se patefcatur, non nobis sermonem esse de Clerico in relatione ad Laicos considerato, prouti denotat einen Priester oder Prediger, sed de longe alio, adeoque pro nomine proprio hoc vocabulum hic sumitur. Est igitur hicce JOANNES CLERICUS, quem & cæteroquin alias vocare amant THEODORUM PARRHASIUM (a); THEOLOGOS BATAVOS & HOLLANDIÆ (b); nec non LIBERIUM DE SANCTO AMORE (c) probe distinguendus a JO. CLERICK ex divino zelo Idolum quoddam impio cultui desinatam in urbe Metensium confringente, novumque eapropter crudelitatis in se excarnificando genus experto Secul. p.C. N.XV. (d) uti & a JACOBO de CLERICE (e) viro eruditorum orbi haut obscuro atque incognito.

(a) Conf. J. F. BUDDEI Isag. Hist-Theol. Libr. Pr. C. IV. p. 165. b.

(b) l. c. Lib. Post. C. IIX. p. 1450. a. (c) l. c. C. VII. p. 1354. b.

(d) ANDR. HONDORFFII Theatr. Hist. quoad Exempl. I. præc. p. 61. (e) cujus scriptum exstat sub tit. Epulum Belschazar, in 4to.

§. II. Quemadmodum hic J. CLERICUS aliorum virgulam censoriam expertus est; sic quoque ipse iterum nimis acrem atque rigidum censorem Patrum sese exhibuit, dum omnes eorum relationes, ad quas confirmandas hic quidem juramentum nec veritatis nec credulitatis, uti Jcti loquuntur, a nobis requiritur, putidis fabulis adscribendo suspectas mendaciorum reddere sustinet, sine omni tamen autoritate. Generatim sat contumeliosus eos aggreditur verbis (f); specialius autem contra TERTULLIANUM atque EUSEBIUM maxime insurgit. Sic rejicere molitur CLERICUS (g) TERTULLIANUM Scriptorem gravissimum duplici loco (h) Christo ἀποδέωσι a TIBERIO decretam asserentem. Verum cum veritas & suos, quemadmodum mendacium inveniat defensores; sic quoque nec in hoc Tertuliani Testimonio defendendo defuerunt veritatis amici sinceri. Ut hac vice saltem adducam M. ARN. GREVIUM (i) calamum contra CLERICUM stringentem, & HASÆUM (k). Nec minus EUSE-

EUSEBIUM, qui literarum commercium Abgari cum Christo tradit (l) figmenti insimulare intendit (m) prorsus consentiente F. A. HALLBAUERO (n). Ubi tamen contra CLERICUM hujusque in hoc passu nobilem fratrem inspicias AUTORES der gelehrten Zeitungen von gelehrten Sachen (o) pro nobis sat egregie verba facientes, eumque ad ruborem usque adducentes.

(f) In art. Crit. P. II. Sect. I. C. XVI. p. 486. (g) in H. E. Sec. I. §. 96-98. p. 325. seqq. (h) quorum alter exstat in Apologet. Cap. V. alter vero in ejusd. Apol. C. XXI. (i) in disp. postter. Tertulliani Testimonium de ΑΠΟΘΕΩΣΕΙ Christo a Tiberio decreta adversus dissentientes imprimis J. CLERICUM §. 7. p. 10. (k) in diss. de decreto Tiberii, quo Christum referre voluit in numerum Deorum §. 15. p. 28. (l) in H. E. L. I. C. 13. (m) in H. E. Sec. I. §. 12, 13. seq. (n) Conf. ejus Sacra in profanis §. XXXIIX. p. 35, 36. (o) puta de Anno 1717. n. 75. ubi p. 601 ita: - - reden die Verfasser gar spöttisch davon, daß der Herr Joan Clericus alle alte Kirchen-Scribenten verdächtia machen will, und zeigen umständlich, daß die Väter eben so abgeschmact, als es dem Hn. Clerico vorkommt, nicht gehandelt, wenn sie den Brieff-Wechsel Abgari mit unserm Heylande vor wahr und richtig gehalten zc.

§. III. Vindicatis igitur horum duorum S. Patrum assertis, progredimur ad Biblia, visuri ejus egregias (retro scilicet ut rusticus arma gerit) explicationes. In genere autem ad duo Bibliorum Testamenta V. sc. & N. quod est, cum illud constet ex Ebraica; hoc vero græca lingua, aspiciamus prius ejus sententiam de Ebraica. Hanc minime primævam statuit J. CLERICUS (p) cum HUGONE GROTIUS (q) & PETRO DAN. HUETIO (r) quos sibi hac in parte præeuntes habet. At enim vero contrarium exactissime evicit JO. BUXTORFFIUS (s) THOMAS HAYNE (t) STEPHANUS MORINUS (u) & alii. inter quos eminent BUDDIUS (w) unde non video, cur M. LEONH. BOHNER (x) *penitus* intactam hanc quæstionem relinquendam putet.

(p) in diss. de Lingua Ebræa p. 12. (q) in Not ad L. I. de verit. Relig. Christ. §. 15. (r) in demonstr. Evang. Prop IV. C. XIII. p. 242. (s) in diss. de Lingv. Ebr. orig. & antiquit. (t) in Tract. de Cognat. & Harm. LL. p. 20. (u) in Exercit. de lingua primæva Exercit. I. C. IIX. p. 36. (w) in H. E. V. T. Tom. I. P. I. Sect. II. §. 9. p. 215. (x) in diss. de varietate in formis animalium Externis tanquam &c. Sect. Pr. §. 12. p. 25.

§. IV. Magis vero periculosam progenuit opinionem de textu Ebraico, dum eum *omnis* corruptionis minime expertem censet (y) haut ingenuus censor, Cui & ad stipulatur Guilielmus WHISTONUS

NUS(z) CLERICO in paradoxis fingendis minime secundus. Contra quos vero præsertim hunc meretur legi J. Gotl. CARPZOVIVS (aa) circa hæc commenta solide repudianda occupatus. In folle autem ut respondeamus, habet considerandam Calumniator iste 1) providentiam divinam circa verbum suum. 2) salutem hominum, propter quam omnino certi sumus eorum, quæ DEUS ad nos locutus est &c. 3) summam & incredibilem ferme Masoretharum imprimis in textu Ebræo sine labe ad nos transmittendo diligentiam ac sedulitatem. Quæ & alia ad oculum tibi evincere atque demonstrare valent codicem integrum atque incorruptum. Conf. interim CALOVIUS (bb) & Aug. PFEIFFERUS (cc).

(y) in diss. jam citata circa finem (z) in tentamine, tradente modum restituendi genuinum V. T. textum & vindicandi citationes in N. T. factas h. l. (aa) sub tit. Vindiciæ Criticæ Codicis S. Ebraei, adversus Criminationes Gw. Whistoni in tentamine &c. per tot. (bb) in Critico S. Biblico. Diatr. VI. p. 161. seq. (cc) in Dubiis Vexatis Cent III. Loc. 60. p. 584.

§. V. Nec orthodoxe sentit de quibusdam V. T. Libris, horumque scriptoribus. Collectionem quippe Librorum Sacrorum in genere quod attinet, eam privatis hominibus omnino tribuit (dd) usque ad prælectionem reliquorum Librorum S. in Synagogis, quam vero sententiam sub examen merito vocavit J. H. MAJUS (ee). In specie vero examinandæ erunt ejus paradoxæ opiniones circa Libros quosdam, & quidem eodem ordine, quo se in vicem excipiunt. Sic de Pentateucho olim statuit, Mosen ejus Autorem non fuisse, quod vero cum intellexisset, Eruditis aliis displicuisse, revocavit, suamque sententiam mutavit (ff). Nec minus incaute cum SPINOZA asserit (gg), quod David in Psalmis casu, inscius & longe aliud cogitans, prædictiones protulerit, quæ temeritas vero recte castigata est ab eodem J. H. MAJO (hh). Rursus alia parum sobria sententia CLERICO arridet (ii) de tribus Libris Salomonis, quam vero rejectam dedit J. G. CARPZOVIVS (kk) atque H. WITSIUS (ll) De Koheleth autem lectu dignissima tradit J. H. MICHÆELIS (mm) Aliaque plura profana atque futilia refutata videre licet apud Jo. van der WAYEN (nn).

(dd) Evolv. Judicia Theologorum Hollandiæ, melius vero J. CLERICI (non obstante Nat. Alb. de Verse sub his comprehenso) super Rich. Simonis Hist. Crit V. T. pag. 216. (ee) in IV. selectioribus diss. de Scriptura S. diss III C II. §. 4 p. 101. seq. It. diss. II. de LL. Can. in arca foederis reconditis p. 15. (ff) in disp. de Scriptore Pentateuchi Mose per tot. (gg) l. c. p. 226. (hh) in diss. sacris, in quibus selectiora V. T. oracula explicantur &c. Loc. I. Cap. II. §. XXII. p. 41. (ii) l. c.

(ii) l. c. p. 237. (kk) in Introd. ad LL. Can. Bibl. V. T. P. II. C. III. p. 86. & Cap. IV. p. 153. (ll) in Miscellan. Sacris P. I. Lib. I. C. 18. §. 30. p. 222. (mm) in diff. de Libro Koheleth. per tot. (nn) disp. de vocab. λόγος. p. 120. seq.

§. VI. Hæc quoad V. T. Sicuti J. CLERICUS hæctenus occupatus fuit circa autoritatem V. Tti labefactandam infringendamque, verum infelici cum successu; sic quoque ad id absurdi raptus est, num forsitan eodem modo, quo Thomas Aquinas Lymphato Murfarum amore ardens cum Rege Gallia in convivio accumbens, quod refert J. DÜRRIUS (oo) de eo altum instituo silentium, ut recensens J. Mylii editionem Novi Testamenti plenis Buccis eructet (pp) variantes Lectiones in textum esse acceptandas, ipsumque textum græcum, quem hodie in manibus versamus correctu atque emendatu dignum esse. Ast quamvis quidem tantum abest, ut hodie variantibus Lectionibus N. Tti opus esse in legendo codice S. absolute negemus, ut statuamus illas usu pariter ac abusu non destitui plus simplici vice; Interim tamen hic nec eodem tramite CLERICI vestigiis insistendum erit tam incaute, ut ex necessitate exigentia, bene autem expedientia eas vindicemus adjungendas, quia sic facile labefactaretur autoritas atque certitudo Scripturae S., quod quidem intendit J. CLERICUS. Quapropter quidem recte S. Codicis integritati & autoritati consulere videntur, qui de numero variantium lectionum minuendo potius, quam augendo sollicitos se gerunt præstantque. Id quod præter DAN. WITHBY. (qq) fecit C. M. PFAFFIUS (rr) Cui adjungi merentur RECHENBERGIANA (ss) Juxta atque BAIERIANA (tt).

(oo) In Ethica Paradigmatica Cap. IIX. Aphorismus V. §. VI. pag. 376. & 7. (pp) In Biblioth. Select. Tom. XIV. p. 407. (qq) In Proleg. N. T. a seipso editi pag. 11. & pag. 48. (rr) In diff. critic. de genuinis Libr. N. T. Lection. Cap. VII. §. I. Can. I. lqq. pag. 123. seq. (ss) In diff. I. dissertationum in N. T., Hist. Eccl. & Liter. per tot. (tt) In Disp. de variantium Lectionum Scripturae N. T. usu & abusu.

§. VII. Quæ hæctenus commemorata CLERICI paradoxæ opiniones, cum eum non tam Socinianismi, quam potius imprudentia atque temeritatis arguant; nunc ad alias detegendas nos convertamur, quibus prodit se Socinianismo, Indifferentismo &c. assuetum. Ad Socinianismum CLERICUM inclinare atque penitus accelerato gradu ire, ostendunt supra jam adducti AUTORES der. Gel. Zeitungen von gelehrten Sachen loco citato (uu) Quinimo quis eum ab hoc absolvat, cum nullos prorsus

typos, nullasque rerum futurarum adumbrationes in S. Scriptura admittit (ww) cum Socinianis, illos pro solis applicationibus ex recepta Judæorum Scripturam ita interpretari solitorum consuetudine acceptis venditat. Quare & omnia negat miracula e. g. transitum P. J. per mare rubrum, (xx) Somnians P. J. forsitan eadem ratione, qua Alexander (yy) novum iter mari aparuisse adeoque impune transiisse refertur. Sed vah! quam absurda. Conferantur interim hanc paradoxam opinionem destruentes, BAJERUM (zz) BUDDEUM (aaa) & F. A. HALBAUERUM (bbb).

(uu) Sie, die Verfasser puta in den Memoires Trev. Mens. Octobr. Anno 1716. no. I. halten es vor ärgerlich, daß er (CLERICUS) sich bemühet, viele Einwürffe zusammen zu bringen, welche die Heyden den Juden hätten machen, diete aber nicht beantworten können. (Lege Clerici H. E. Proleg. Sect. I. Cap. VIII. de iis quæ ab Ethnicis poterant obijci Judæis pag 36. seqq.) Sie weisen auch, daß Er in seinen Prolegomenis seine SOCIANIANISCHE Lehren gar deutlich blicken lasse &c. En Clericum igitur Socinianismi mirum architectum. (ww) In notis ad HENR. HAMMONDI Paraphr. N. Tri ad Matth. I. 2. 15. & Gal. IV. 25. (xx) De maris Idumæi traject. Comment. ejus in Pentateuch. subjuncta diff. quo in sibi longe præeuntem habet ARTAPANUM apud EUSEB. Præp. Ev. Lib. IX. C. 4. (yy) Curt. Lib. V. Cap. III. §. 22. (zz) Disp. An tempore transitus Israelitarum per mare rubrum fuerit ordinarius refluxus sive detumescencia. (aaa) In H. E. V. Tri. Tom. I. P. II. Sect. III. p. 583. (bbb) Sacra in Profanis §. 26. p. 20. & 21.

§. VII. Magis vero emicat Socinianismus CLERICI, dum mysteria (ccc) S. Scripturæ non agnoscit. Non quidem nos tantopere laudamus COCCEJANISMUM; multo minus affeclæ sumus ORIGENIS, ubique mysteria, præter illud dictum: *Verget dich Auge so reisse es aus* &c. quod proprie intelligit, indagans. Verum enim vero, nulla profus agnoscere mysteria, quemadmodum CLERICUS vult (ddd) declamatorio Patrum stylo, horumque hyperbolicis locutionibus ea adscribens cum Socinianis, qui omnia ratione assequi sibi promittentes, (quos proinde recte ad Naturalistas transfert TRIBBECHOVIUS (eee) Lutheranos idcirco cum *Pontificiis* (fff) tam ignaros pronunciant, ut ex ignavia & stupiditate subtilitates Philosophicas ne capere quidem possint, ridiculum est. Cum tamen hocce perverso rationis usu Socinianorum cohortes revelatione seposita, mysteria fidei tollant teste J. A. SCHERZERO (ggg). Qui Scopus primarius, & est J. CLERICI. Ob-

servan-

servandum autem hic esset CLERICO quod B. J. FECHTIUS dicit
(hhh) scilicet mysteria, non quidem ex nostra rationis corruptæ
principiis rimari; bene autem, quantum ex Scriptura constat, non
tantum agnoscere, sed & Scrutari Joh. V. 39., conari debemus.
Cui adjungatur M. SIGISM. ANDR. FLACHS (iii) DANHAUE-
RUS (kkk) HENR. Looff.*

(ccc) quid sint Conf. DANHAUERUS in Disp. de Apocalypfi Myste-
rii Apostolici ex Rom. XI. 25. Sect. I. Art. I. p. 247. (ddd) in Art.
Crit. Tom. I. P. II. Sect. I C. 16. (eee) in hist Naturalismi a pri-
ma sua origine ad nostra usque tempora per suas classes deducta Cap.
VII. & VIII. (fff) ap. Melch. Canum X. Lib. Th. C. IV. (ggg) in
Colleg. Anti-Socin. disp. XXV. p. 213. (hhh) Theol. Indiffer. Cap.
IX. §. 37. p. 226. (iii) in diss. de causis dissensus eruditorum §. 5.
(kkk) in disp. de profunditate divitiarum, & sapientiæ & cognitio-
nis DEI, ex Rom. XI. 33.-36. Cap. I. §. 19. *Script. Academ. de
Nullitate Rationis in Rebus Mysticis, Sect. IV. §. I. p. 5.

§. IX. Porro a Partibus Socinianorum CLERICUM stare sequenti-
bus potest probari. Nam cum OSTERODO (lll) nihil Spirituali-
um donorum concedit ipsis Sacramentis N. Tti Baptismo & S. coe-
næ; sed pro simplicissimis ritibus tantum ea habet, quorum usus
ac fines facillimos putat intellectu (mmm), fortasse suo ingenio lu-
cem inter & tenebras paciscente) calumnians quam maxime Chri-
stianos, quod illa in mysteria mutassent. Sed Apage! Neque e-
nim finis, neque modus, quo panis cum corpore, & vinum cum
Sanguine uniantur præsertim hic specialius acceptus nobis est co-
gnoscibilis, sed imperscrutabilis manet; generaliter quidem mo-
dum hunc dicimus esse realem, specialem vero modum ignora-
mus. Quod autem ad finem pertinet, nec ille seposita Sacra Scri-
ptura nobis posset esse manifestus, cum Christo placuerit per hæc
signa obsequantia nobis nostram salutem certiorare in Sacramento
suo. Verum in iis stulte fingendis nondum acquiescit, sed præterea
& Sabellianismi, seu uti dicitur recentioribus, Modalismi Patronum
se gerit, dum non quidem tam prætracte negat atque blasphemat
S. S. Trinitatem cum Socinianis; interim tamen tres Deitatis per-
sonas per tres *modos cogitandi* explicat (nnn). Nec minus suspectum
se reddit *ἀδιαφορίας* religionum seu Indifferentismi, cum in certa
quadam disp. (ooo) talia tradit, quæ Indifferentistis haut ingrata
sunt, recte judicante BUDDEO (ppp). Et quæ alia. Quam vero
inepte interpretetur istud dictum I. Cor. XI. 6: Mulier est gloria
ri, ostendit FECHTIUS (qqq).

(lll) Justit. Germ. Cap. 38. fol. 343. seq. (mmm) H. E. Sec. I. XXXVI.
p. 300, & Proleg. H. E. Sect. III. Cap. 8. V. p. 136, (nnn) Epi-
stolis

stolis Theologicis Ep. II. contra vero vid. BUDDI Instit. Th. Dogmat. L. II. C. I. §. 54. p. 425. seqq. (ooo) de eligenda inter dissentientes Christianos sententia per tot. (ppp) in diff. de orig. dignit. & usu Nominis Christiani §. 31. in Syntagm. diff. Theol. pag. 441. (qqq) in Sylloge Controv. rec. disp. XIV. §. 5.

§. X. In Philosophicis vero minus congruas fovet sententias de Syllogismo (rrr) cujus præstantia vero proxime defenderetur publice, modo Plutonis gratiam ad id suscipiendum prius reconciliare valeres, cum jam in manuscripto Substantialiter adsit diff. hæc autem inter *pia desideria*. Scatet quoque hæc sententia Philosophica J. CLERICI, (sss) dum nimiam libertatem intellectus asserit, vi cujus hic differre possit ultimum suum judicium, vel quod æque, affirmare ac negare propositionem non satis evidentem queat. Quid regerendum vero hic sit, discussum reperis ap. G. F. RICHTERUM. (ttt) Hæc igitur sufficiant pro temporis, chartæque ratione.

(rrr) Tom. I. Oper. Phil. Part. IV. Log. Cap. V. (sss) Bibl. choisie Tom XII. p. 88. 89. (ttt) in diff. de libertate & causarum nexu §. LXII. p. 28. 29.

§. XI. Ad ultimum non possumus non dicere, quod res est, nos omnino oportuisse adducere ipsissima J. CLERICI verba, quo declinaremus suspicionem, ac si aliquid affinxissemus absurdi. Ast tantum abest, ut mala ex intentione ejus ipsissima verba omiserimus, ut potius chartæ spatium id ipsum recusaverit. De Cætero MAGNIFICE RECTOR hujus Roseti FIRMISSIMUM CULMEN accipe hæc qualia qualia a nobis POMERANIS TUÆ dexteritati confisis, ad omnia officiorum genera præstanda quoquo modo paratis. Quæ cum ita sint, audias POMERANOS uno corde, uno ore exoptantes :


Auf! Ihr POMERAN auf! Laßt die Seyten klingen,
Und bemühet euch euren Wunsch zu bringen:
Zeute lacht das Glücke unser Rostock an,
Weil es sich anigo glücklich nennen kan.

Doch wer weiß alhie Mors zu decliniren?
Cujus Generis? Wer mag respondiren?
Und da diese Frage bleibt unausgemacht,
Ob gleich sieben Weysen längstens dran gedacht;

So rufft unser Chor ungescheuet heute,
Dieses VIVAT! aus, wenn auch andre Leute,
Mors nicht decliniren, kan doch RECTOR dis,
Weil Er nimmer stirbet, lebet Er gewiß!







...na classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVA-
...aspera ad astra itur per varios casus per tot di-
Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore
...um vitæ extremum inter munera naturæ ponat
...ne dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores
HERCULIS ærumnas ducat sævosque labores &
...is & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarij Excellentia §. IX. Juncto Pen-
cursus Studentici de Studiosi Monasterio Academi-
§. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no-
tunt.

§. II.

...r NOBILISSIMO ex se nato inest Epictetis, So-
Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet ca-
lem, i. e. Sie ist im Kopff und nicht auf den
... non μερικῶς & in tantum, sed ὀλικῶς & in to-
vit in mundo, quasi extra mundum, infra coc-
oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fra-
... Loquimur autem præprimis de Politico eeu
quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II.
in tempore Stulticiam omnium vitiorum matrem,
ubitu & commodo erigi. Divites ignobiles ocu-
Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet.
virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen
hen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens.
um NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts
ydens = Befreyung, naturalem bonitatem, &
em ducentia. Cum his autem conjunctam de-
benes animum fidelissimum.

§. III.

...emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher,
... respicit propria, non Personalia. Studer fi-
... en wackern und edleren Manne decenti. Uni

B 2

contra

